



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

VIII. De presbyteris & diaconibus, quanti episcopi eos audiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

SIRIGIVS PAPA. CARTHAGIN. III. ARCADIVS² HONORIVS³ IMP. 485

ANNO CHRISTI 397⁴ nem episcopo, ipse remoueatur; ita tamen, vt nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse, probauerit. Illud vero placuit, vt cum agere cœperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad accusandum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, dicere voluerit.

4. q. 6. II.
Iud. vero
placuit.
Cod. Can.
cap. 20.
15. q. 7. Si
autem pres-
byteri vel
diaconi.

VIII.

Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id est, in presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus; episcopi ipsorum causas discutiant, eadem dierum & dilationum & a communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem causas etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

I X.

Item placuit, vt quisquis episcoporum, presbyterorum & diaconorum seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuilis causa fuerit commota, si relicto ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali iudicio. In ciuili vero perdat quodeuicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio saeculari poscit auxilium, cum priuatorum Christia-

Cod. Can.
cap. 15.
II. q. 1. Pla-
cuit, vt
quisquis
episcoporum.

P pp iiij